Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 20

urn:nbn:de:bsz:31-108646

Visual Library

species: actio enim in factū, n̄ solum ex conventione sed ex maleficiis vel aliā causa competit, at actio praescriptis verbis ex sola conventione.

Q. 3. Quomodo distinguatur do ut facias à locatione? R. si sit factū, quod locari soleat et certa merces promittatur est locatio, si sit factum, quod locari non soleat, vel res detur, erit do ut facias l. 5. §. 2. ff. h.

Q. 4. Vnde sciri possit, an sit contractus do ut facias, vel facio ut des? R. hoc colligendum esse ex eo, quisnā prius contractū impleverit, si enim ille prius fecerit erit contractus facio ut des; si ego prius dederim, erit contractus, do ut facias

Porro hunc titulū hodie inutilē esse censent Beckman. et Beyer.

Lib. 20.

Liber 20

Tit. 1mus

De pignoribus et hypothecis, qualiter ea contrahantur et de pactis eorū

Hunc titulum ~~praescripta sumus~~ exponemus in Jur. Can. l. 3. t. 21. et videri possunt, quae supra diximus l. 13. tit. 7. et specialiter in instit. l. 3. t. 15.

Tit. 2.

In quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.

Hunc etiam titulum magna ex parte ~~exposuimus~~ elucidabimus in Jur. Can. cit. l. 3. t. 21. interim ~~restant duntaxat~~ pauca ~~adhuc~~ veniunt hic dilucidanda

Q. 1. Qui ad emptionem v. g. domus mutuatus est, vel domum vendidit, an is tacitā in domo habeat hypothecam?

R. negativā veriorem esse, eo quod affir-

Lib. 20.

mativa non solum nullo juris textu corroborari, sed insuper adhuc apertis textibus contrariis refelli potest, per text in l. 17. C. de pign. et hypoth. l. 7. C. qui potior. in pign. habeantur. Sed

Q. 2. ⊖ cur^is qui mutuā pecuniā dedit ad rem conservandā, vel reparandam, in eadem tacitam hypothecā consequatur, non verò is qui "adeā" emendam dedit?

R. hanc causā esse, quod Reipublicæ nihil intersit, an domus v. g. Titii sit, an Mævii, referat verò plurimum diruta ædificia restitui, ne aspectus civitatū publicis deformetur ruinis, l. 46 ff. de damn. infect.

Q. 3. An libri Scholarum in ædes conductas illati tacitæ hypothecæ subiiciantur?

R. neg. per gloss. in l. 125 verb. dignitate ff. de V. S. ubi dicitur, quod sicut in executione judicati non sint militibus auferenda arma, ita nec libri scholaribus.

Verùmtamen si studiosus nihil prorsus haberet unde locatori satisfieri posset, nihil obstat, quo minus libri ejus saltem per viā arresti detineantur, Vidmont h. n. 36.

Tit 3.

Quæ res pignori ~~datæ~~ vel hypothecæ datæ obligari non possunt

Q. 1. Possunt ne qualibet res oppignorari?

R. possunt etiam nomina Creditorum l. 4. C. h. res futuræ l. fin. C. h.; et qualibet, quæ non prohibentur.

2. 2. Quæna sint, quæ prohibeantur? R. aliqua in totum neq; generaliter neq; specialiter obligari possunt, uti sunt res sacra religiosa, et quæ non sunt in commercio hominum l. 3. et 6. C. h. excipe nisi esset casus, quo alienatio est permissa. Eodem modo oppignorari nequeunt dotales fundi etsi ipsa uxor consentiret pr. inst quibus alien. non lic. ~~Item~~ nec res fideicomisso subiecta, l. ult. §. pen. C. comm. de legat. Item sub certo modo non possunt obligari res minorum fil. sine decreto l. 22. C. de administ. tut. nec instrumenta ad agricultura parata fil. si abstrahantur in totum ab agricolis l. 4. 8. C. h.

2. 3. possunt ne servitutes oppignorari? R. De usufructu non dubitatur. Reales uero ipso jure oppignorari nequeunt, nisi propter utilitatem, et certo modo l. 1. 6. ff. l. 2. C. de pignor.

Q. 4. Num res aliena oppignorari possit? R. neg. l. 6. C. si aliena res pignori data sit, per pignus enim constituitur jus reale, sed in re aliena nihil juris habes. ergo.

Q. 5. Num res feudalis absq; consensu Domini directi alicui tertio pro pignore vel hypotheca absq; caducitatis poena constitui queat? R. si absq; traditione tale jus debitori constituatur videtur talis hypotheca absq; caducitatis poena constitui, ~~[illegible]~~ posse, sed uero si traditio intervenerit cap. un. de prohibit. feud. alien.

Lib. 20.

Tit 4.

Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur, et de his qui in priorum creditorū locum succedunt.

Hunc titulum ~~iam~~ explicabimus in Jur. Can. ✝ cit. l. 3. t. 21. solum hic occurrit notandum, quod pignus pluribus eodem tempore constitutum in dubio obligatum sit pro rata debiti, nisi singulis in solidum expressè obligetur, ubi potior est conditio possidentis. Bejer. hic n. 6. et 7.

Tit 5.

De distractione pignorum

De hac Materia ~~iam disseruimus~~ videatur d. l. 3. t. 21 in jus. Can.

Tit 6.

Quibus modis pignus solvatur?

R. hoc fieri 1. sublato per solutionem debito. 2. finito tempore ad quod constitutum, est ~~vel consensus v.g. Domini directi~~ 3. tota re oppignorata extincta, 4. expressa creditoris remissione. 5. si creditor expressè consentiat in pignoris alienationem; tacens tamen regulariter ~~Quid sit si tacens~~ sibi non præjudicat. Bejer. h. aliis dissentientibus. Quid si pars pignoris intereat? R. manebit æque pignus in parte, arg. l. 76. ff de Rei vind.

Quid si debitor pignus aqueq; idoneum offerat? R. Vix leges admittunt, ut pignus per hoc liberetur l. 9. §. 3. ff. de pignor. attamen si certò constet creditorem ex eo non posse damnum pati, permittendum est debitori, cum quod nobis non nocet, et alteri prodest concedere oportet, arg. l. 38. ff. de evict.

Lib. 21.

Lib. 21.

De adilitio edicto et redhibitoria, et quanti minoris actione.

Q. 1. Quæ sint adilitii edicti capita? R. varia, sed præcipuè eminent duo, quorum primo succurritur emptoribus, ne ob vitia rerum sibi venditarum decipiantur, l. 1. §. 2. ff. h. altero, ne quis eorum, ~~vel~~ aprum vel verrem, quà vulgo iter fit, habeat. l. 40. h. et leg. h.

Q. 2. ad quos contractus pertineat hoc edictum? R. præcipue ad venditiones, l. 63. ~~h. ff. h.~~ et per interpretationē justā etiā ad permutationē, divisionem, et dationem in solutum l. 19. §. 5. ff. h. — q quo ad 1.mu caput.

Q. 3. Quot actiones ex hoc edicto nascantur? R. Tres, prima est actio redhibitoria. 2da quanti minoris, quam etiam æstimatoriā vocant, et ~~te~~ 3tia in factum adilitia.

Q. 4. Quæ sit actio redhibitoria? R. est prætoria, ~~arbitraria~~ rei persecutoria, qua emptor contra venditorem propter vitium, ob quod, si id scivisset rem non emisset, agit, ut venditor rem, quam vendidit, cum omni causa recipiat, et pretium cum usuris reddat. l. 22. 23. 27. 29. ff. h.

Q. 5. quale debeat esse vitium? Ante responsionē nota, ~~duplicis generis~~ vitia alia